

si omnium conditio esset equalis no-
men principis esset inane quia non
esset dignitas sine subditis nec ope-
raretur ius gentium quicquam quod
inequalitates constituenf gradus et
ordines designavit. non decet itaque
quemquam auctoritate sua faciem
in messem mittere alienam vel ad
se non pertinentia per audaciam
aliquam occupare. et si forte deli-
quit penitus in his desistere expe-
dierit aut penitere de commissis. Su-
per eo vero quod vobis scribere pla-
uit nos aggressos esse rem novam
salva sapientia vestra hoc fateri
non possumus. quoniam de novo
non incipimus obedire dominis et
amicis liberaliter deservire et etiam
non audientibus reddere digna factis.
Super aliis vero que dicitis disputare
non expedit vel contendere ut in
medio sedens assisteret cuius subire
cogeremus examen et ambulare per
rectos tramitef rationis.